

7. n. 7. Itaque tum veteres Pontifices Martinus, & Calixtus, tum Pius V. certis cancellis, & conditionibus huiusmodi contractus in dufferunt, quia cum viderent genus hoc contractum ad instar elypei redactum esse pro subterfugiendis usuris, videntur voluisse potius animarum salutem consulere, & corruptelam occurrere, quam has censuum venditiones, & emptiones uti conducibiles approbare. Et quod attinet ad Constitutionem Nicolai V. qua licentiam concedit ejusmodi contractus in Regno Sicilia celebrandi, pro dispensatione illam fuisse editam satis liquet ex ejus inspectione, quia cum esset frequentiori usu recepta, & postea populi illa pro lege uterentur, Pius V. salubri sua Constitutione tam gravi morbo subvertit tentavit, & quod plures condiciones adiecit, ut ab usurarum pravitate cautum sit, eo plus suspitionis inesse his contractibus indicavit, dum ad diluendas praesumptiones usurarum praefixit certos limites censuum emptionibus, & venditionibus. Ad hanc animadversionem dignum videtur, quod Constitutiones Pontificum super censibus locales omnes fuerunt, cum supponeretur jam in illis locis vigere huiusmodi contractus. Pius V. vero angustius coercere voluit licentiam, quam contrahentes vigore dictarum Constitutionum sibi usurpaverunt, ut vix sine labe, aut saltem scrupulo huiusmodi contractus celebrari posse videretur, quia tamen libet credere, his omnibus accuratius consideratis Concilium provinciale ut feceratis contractibus materia lubrere similem facultatem in Provincia Mediolani indulgendam concessisse; An consuetudo hanc introduci debeat, ubi haecenus censuum contractus in usu non fuerunt, iudicium erit Sanctissimi.
- 22 Et quatenus censibus aperiatur aditus, non videtur certum pretium generaliter statui posse, aut debere, quo huiusmodi redditus annui emi debeant: nam rerum pretia non solum pro diversitate locorum, sed & temporum variantur: item pro copia, & penuria eementum, aut venduntur: itemque mercium, vel pecuniarum numeratae, l. *Pretia rerum*, §. *fin. cum ibi notat. ff. ad l. Fal.* Cum igitur rerum aestimatio, quae pretium est, l. *In summa*, §. *Frumentum*, ff. *de condit. indeb.* ut sit iusta, censurari debet valori rei secundum tempus praesens, in quo res ipsa venditur, ac traditur, ex *Sot. de iust.* & in l. 6. *quasi. 4. art. 1.* sequitur ut per legem, aut edictum aliquod generale proposita taxatio fieri non possit.
- 24 Non etiam videtur expedire, ut decernatur ne annales census certam summam excedant iuxta Constitutionem Nicolai V. nam, ut docuit experientia, si ostendatur summa, quam excedere non liceat, cedit hoc in praedictum venditorum pecuniis indigentium: semper enim suadebunt emptores vendentibus, ut sint contenti dicto pretio, quod usu venit post Bullam Nicolai V. secundum quam census ad rationem decem pro quolibet centenario venduntur, quia pretium per eum sic taxatum fuerat: quam ob causam Navar. *in manual. c. 23. nu. 77.* huiusmodi taxationem videtur improbare, & Jo. Bapt. Lup. *ind. l. 2. C. de pact. in imp. & vend. §. 2. n. 71.* dicit secundum communem opinionem Doctorum licitam esse emptionem census, quando illius redditus, & pensio incerta sit.
- 26 Similiter non videtur sufficere, ut habeatur ratio

- tio fructuum, qui communiter perciperentur ex praediis si illa emerentur secundum temporis qualitatem: ius enim exigendi pensionem, aut redditus annuos cum conditionibus, & oneribus annexis minoris valent, quam ipsi fructus, qui libere ex praediis percipiuntur. Etenim emptores censuum subjiciuntur multis periculis sine spe laeri, quod emptores fructuum sperare possint. Praeterea certum est onera, & pactum de redimendo, quo censuum emptores tenentur, minuire pretium rei. Tiraq. *in praesatione de retrah. convent. num. 20.* post Abb. in cap. *Ad nostram*, de *emptions. & vendition.* non enim est dubium quia pacta, & onera apposta in venditione faciunt partem pretij, ut per Tiraq. *ibi num. 22.* quantum autem debeat minui pretium censuum redimendum pensatis conditionibus, & oneribus illis annexis, vel relinquendum est, ut ipsi inter se contrahentes despiciant, & conveniant, prout conveniunt quando emittitur praedium cum pacto de retrovendendo, aut cum aliis operibus, ad trad. in dicta l. & in cap. *Ad nostram*. Vel potest Synodus provincialis decernere quanti minoris licite emi possint huiusmodi annales census, quam emerentur fructus, qui communiter perciperentur ex praediis si illa empti forent, v. g. quia talia onera non possunt minui ultra tertiam, vel quartam partem iusti pretij ipsorum fructuum, iuxta id, quod factum fuisse in Synodo Florentina refert Lup. *ubi supra*, n. 79.
- 29 Porro celebrato huiusmodi contractu census secundum terminos legitimae obligationis, nihil prohibet, quin accedat quaecumque obligationes Camerales, fideiussiones, & generales bonorum hypothecae, quibus contrahentes efficacius astringantur ad observationem eorum, quae in principali obligatione continentur tam ratione evictionis praedij, super quo census constitutus est, quam etiam quoad solutionem annui census; Siquidem hae cautiones sequuntur naturam principalis contractus: & quatenus rescindunt executionem contractus censualem, non immutatur ejus forma; & consentaneum legibus est, ut caveat sibi contrahens, ne claudatur: imo, ut ille ait, contrahentem si centum vincire catenis studeas, effugiet tamen.
- Quod verò Pius V. prohibuit pacta omnia continentia morosum censuum debitorem in aliquam penam cadere, non eo pertinet, ut morosus non possit se subicere censuris, & obligari in forma Camerae, quia prohibetur pena temporalis ad obviandum fraudibus usurarum, per quam prohibetur emptori aliquod pretium exigere ultra creditum suum.
- 30 Ceterum ut res censuales reddat tantum, quantum est census, non sufficit, ut valor rei censuales aequet, aut superet summam pecuniarum quibus census emittitur; nam in contractibus censuibus non emittit res, sed ius petendi pensionem: valor autem ejusdem juris non est major, quam ipsa pensio, *Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 1. vers. Restat.* Unde ut talis pensio loco fructuum subrogetur, cum census non possit constitui nisi super de fructuifera de sui natura ex Bulla Pij V. necesse est, ut non possit excedere valorem reddituum, qui annuatim exire percipiuntur, & quatenus, delinqueretur fundamento reali, & usura committeretur.
- 32 Cumque re pro parte perempta, vel infructifera red-

reddita, pro parte etiam census perimatur, ex Bulla Pij V. manifestum est censum debere cum fructibus rei commensurari.

- 33 Consideratio autem proposita forte locum habitura esset siingeretur de introducendo censu, quem vocant reservativum, id est cum quis rem suam alteri tradit, reservato sibi iure quotannis percipiendi partem quampiam, seu pensionem ex illa re: de quo in ult. C. de *permut.* & per gloss. penult. in cap. *Constitutus de Relig. domib.* de hoc enim sentiunt Doctores tenentes in dubio praesumi contractum emphyteuticum potius, quam censualem, quia ille minus praedjudicialis est Ecclesiae. Eadem vero consideratio accommodari non potest ad censum, de quo inducendum agitur, qui consignativus appellatur, ut dum quis retentis suis bonis, eorumque usu assignat alteri certam pensionem, quam obligatur solvere singulis mensibus, aut annis, ex *Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 1.*
- 34 Hic censualis contractus, de quo loquitur Constitutio Pij V. adeo distat a contractu emphyteutico, ut nihil ferè commune cum eo habeat, ut notat gloss. penult. Card. Anchar. Abb. & alij committer in d. cap. *Constitutus de Relig. domib.* nam is, qui rem suam in emphyteusim concedit, transfert in accipientem dominium utile, & sibi directum retinet. Qui rem suam supponit censui, retinet sui dominium, & usum; vendit autem solum jus percipiendi pensionem sive in fructibus, sive in pecunia, vel re aliqua utili, ut vult gloss. praedicta, & Bald. *conf. 373. incipit. Sequitur*, num. 7. *vers. Quaro quod ius resultat, lib. 1.* Emphyteuta vendens non sine consensu domini incidit in commissum, l. 2. C. de *in. emphy.* Censuarius rem censu: suppositam libere potest vendere emphyteuta habet in re dominium utile, at qui emit censum habet tantum hypothecam in re censui supposita. Emphyteuta ob non solutionem canonis incurrit poenam caducitatis, cap. *Perit de locat.* Censuarius morosus nunquam amittit rem censuariam, ut est text. in d. cap. *Constitutus*, & ibi praecitata gloss. penult. & communiter DD. In emphyteusi re pro parte perempta non minuitur, canon. l. 1. C. de *in. emphy.* In hoc censu re pro parte perempta, vel in fructifera reddita perimitur etiam pars census. Aliam differentiam ponit Everardus in sua *Centuria legali in loco de emphyteusi ad censum* num. 4.
- Sicut igitur fieri non potest, ut censualis hic contractus regatur clausula contractus emphyteutici, ita verendum non est, ne fiat praedjudicium Ecclesiae respectu pensionum, quas iure emphyteutico exigere intelliguntur si de novo census hic consignativus inducatur.

DE USURIS.

Cap. Consuluit.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutuus ea mente ut plus sorte percipiat, tenetur in iudicio animarum, & n. 3.
- 2 Vendens rem pluris, quam valeat ob dilatare pretij solutionem, censetur quasi usurarius in foro animarum. Prosp. Fagn. in p. 5. lib. Decretal.

me, & ad restitutionem tenetur, & n. 8.

Fallit si duo copulativè concurrant, n. 9.

Et quid in foro iudiciali n. 10.

3 Usurarius mentalis tenetur in foro conscientiae ad restitutionem eius, quod ultra sortem accepit.

4 Quod verum est si habuit intentionem ad lucrum principaliter. Secus, si secundario.

5 Usura non est secundario aliquid sperare ex mutuo.

Nisi spes illa deducatur in pactum, n. 7.

7 Debitor est mutuantis naturaliter obligatus ad antidora.

CONSULUIT. Mutuus ex mente, ut plus sorte percipiat; non datus parabola iuramenti nisi aliquid inde recipiat; vendens rem plus debito, quia solutionem pretij differt, tenetur ex his in iudicio animarum. Hoc dicit: Jo. Andr. Butr. & Anchar. & in substantia concordant, Cardinal Abb. & Jo. de Anan. & sunt duae partes; in prima ponitur consultatio tria dubia continens: ad quae simul in secunda respondet, ibi, *Verum quia*. Et quid sit dare parabola iuramenti declarat hic Bernard. in figurazione calus in 2. *quasi*, cum quo transeunt communiter Doctores.

Nota primo ex solutione primi dubij, usurarium mentalem teneri in foro conscientiae ad restitutionem eius, quod ultra sortem accepit; & quavis nonnulli opinentur talem censeri quidem usurarium, sed nihilominus ad restitutionem non teneri, quasi non noceat ulura mentalis, sicut non nocet mentalis simonia quantum ad restitutionem sic receptorum, ut cap. *final supra de simonia*; tamen quod primò dixi est tutius, secundum Innocentium hic ad finem: imò verissimum, & aliud falsissimum, & formaliter inquit Hostien. num. 3. in *ver. Pro intentione*, Jo. Andr. num. 4. post Raymond quem citat in *Summa hinc total. vers. Sed nunquid voluntas*, Butr. num. 4. *vers. Quaro ulterius*, & Abb. n. 5. dicens hic esse casum apertum pro opinione Innocentij, & Hostienis, quam sequuntur communiter Doctores, quod adeptus lucrum ex mutuo, intentionem tamen depravatam, tenetur restituere in foro animarum, nec sufficit agere solum penitentiam, licet aliud sit in simonia mentali, ut in d. cap. *final de simon* ubi etiam notatur ratio diversitatis.

Ceterum hoc verum est, si principaliter habuit intentionem lucrandi aliquid ex mutuo; tunc enim omni etiam pactione cessante usuram committit, & in iudicio animarum restitutioni est obnoxius, ut hic est expressum. Secus verò si habuerit huiusmodi intentionem secundario, ut hic firmat gloss. 2. Innoc. *in princ.* dicens: (Si creditor principaliter intentionem habet ad lucrum, usura est, vel malum lucrum; aliàs si secundario aliquid sperat, sicut Hostien. num. 2, qui similiter ait: (Secundario aliquid sperare omnino est reprobandum, nam si tibi servio, sperare possum, quod & tu mihi servias, vel me remuneres) argum. cap. *Quid proderit*, 61. dist. cap. *Si officia*, 59. diffin. nec etiam recipere ex tali spe usurarium, vel quasi censetur, argum. cap. *Quam pio*, l. *qui. 2.* quoniam secundum gloss. Innoc. & Hostien. debitor est mutuantis naturaliter obligatus ad antidora, l. *sed si lege*, §. *Consuluit*, ff. de *petit. hered.* cap. *Cum in officio*, supra de *testam.* & in his concordat hic Jo. Q. 2. Ande.

7 And. num. 4. vers. Et quod dicitur usuram, Cardin. in 2. opposit. adiciens tamen cum glossa quod si spes ista secundaria deducatur in pactum, usura committeretur. Butr. num. 4. ad fin. vers. Et quod dicitur usurarium, & Achar. num. 5. vers. Posset esse verum quando secundario, & idem Hostien. in summa huius tit. post princ. & plenius Jo. Andr. in reg. Pecatum, in primo articulo questionis, de reg. iur. lib. 6. Verum tamen ut lericus subdit Host. hic num. 3. Quamvis talis possit hominem fallere, & iudicium humanum; non tamen illum, cui omnia nuda sunt, & aperta, quia Deus est cognitor secretorum, cap. Erubesc. ant. 32. dist. cap. Confutisti, 2. q. 4. cap. Novit, supra de iudic. cap. Tria nos, in fine, de sum. quem non latet peccati qualitas, nec peccantis affectus, cap. Deus, 2. q. 1. gloss. ult. in cap. In Civitate, supra eodem.

8 Secundo nota ibi, Prolixioris temporis dilatio, cum qui vendit rem pluris quam valeat ob dilatare pretij solutionem, cenleri quasi usurarium in foro animæ, & ad restitutionem teneri: & est communis opinio, ut constat ex dictis in præcedentibus. Fallit tamen si duo copulativè concurrant. Primum est, ut dubium sit, an res tempore solutionis plus, minusve valitura esset. Secundum, ut tempore contractus eam rem non esset venditurus, ut est textus in cap. Naviganti, in ult. casu infra eod. & in cap. In Civitate, supra eodem. Secundum Lecturam Cardinal. quam dicunt ibi esse communem, Abbas, & Joan de Anan. in princ. & magis communem Jo. Lupus in repetitio. d. cap. Naviganti, §. 5. num. 22 & hic notat Henric. Boich. in princ. An autem vendens cariori pretio ob dilatare solutionem possit in foro contentioso tamquam usurarius damnari, & quibus ex causis excusetur in foro animæ ab usuraria pravitate, dic ut plenè scripti in prædicta Decretali in Civitate, supra eodem a num. 2. usque in finem.

DE USURIS.

Cap. Naviganti.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutuum pecuniam naviganti, si recipiat aliquid ultra sortem, usurarius censetur, etiamsi periculum in se suscipiat, & n. 4.
Quid de iure civili, n. 5.
Et quid de iure canonico, n. 8.
Quid in foro iudiciali, n. 21.
Et quid in foro animæ, n. 24. & 57.
- 2 Usurarius non est emens rem minus iusto pretio si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore traditionis plus, vel minus sit valitura, & n. 30.
- 3 Vendens rem plus, quam valeat ex eo quod differt solutionem pretij, excusatur ab usura ratione dubij, si tunc non erat aliàs venditurus, & n. 34.
- 5 Nauticum fœnus de iure civili, etiam usque ad usuram centesimam permittitur.
- 6 Usura centesima que sit.
- 7 Pecunia traiecitia que dicatur.
- 8 Usura nautica de iure canonico reprobat secundum Canonistas.
- Contrarium secundum Theologos, n. 12.

- Distinguitur, n. 21.
- 9 Ius canonicum in materia peccati committente in forum derogat iuri civili.
- 10 Periculum rei mutuatæ quod in se suscipit creditor, cum non excuset ab usura si aliquid ultra sortem recipiat, & n. seq.
- 11 Dominium rei mutuatæ consumptione unitur, & fit alterius.
- 13 Intellectus varij Theologorum ad hoc cap. & n. 55. usque ad n. 59.
- 14 Aliquid, dictio, verificatur in qualibet minima re.
- 15 Usura committitur si aliquid quantumcumque modicum ultra sortem accipitur.
- 16 Nihil, dictio, quamcumque quantitatem excludit.
- 17 Navigare dicitur qui uxorem ducit, & cur.
- 18 Usura est aliquid ultra sortem accipere ratione mutui tantum, vel ratione mutui, & periculi summi, sed non ratione periculi tantum secundum Theologos.
- 19 Et ratione mutui tantum intelligitur quando creditor vult omnino in se suscipere sortis periculum aliàs non mutuat.
- 20 Idem si non exprimat an lucrum recipiat propter mutuum, vel propter periculum.
- 22 Simoniaci esse electores dicant se non fuisse notos propter pecuniæ sibi datam, vel promissam, quia aliàs electuri erant.
- 23 Usurarius an iudicetur qui prius libere mutuat, & postea sub certa mercede periculum in se suscipit.
Correspondentia præsumitur ex proximitate temporis, ibidem.
- 24 Usura sola voluntate committitur.
- 25 Usura non est, sed locatio operum si navigans recipiat pecuniæ ultra mare vehendam sub certa mercede.
- 26 Pecunia nullus est usus.
- 27 Locator cur iuste salarii recipit, non autem mutans.
- 28 Socius ponens pecuniæ licite potest habere partem lucrum, dummodo pecuniæ periculo exponat.
- 29 Societas est quadam fraternitas.
- 30 Usurarius est, qui nunc emit rem minus quam valeat ob eam causam, quia rei traditio differtur, & nunc solvit pretium.
- 31 Nisi dubium sit an tempore traditionis plus, minusve sit valitura.
Et in estimatione valoris considerari debet quod communiter solet contingere.
- 33 Dubia in foro iudiciali sunt interpretanda in meliorem partem; sed in foro animæ in durior.
- 34 Vendens rem carius, quam valeat ob dilatare pretij solutionem, ut excusetur ab usura, quæ debeant concurrere.
- 35 Usurarius mentalis est qui caris vendit credita, quam numerata pecunia, & n. 45.
- 36 Societas inita ab officiali Romana Curia super officio ultra valorem gravato, contemplatione tamen alterius personæ recognoscens bonam fidem, & servans eum indennem, an sus natura sit illicita, & usuraria, & n. seq. usque in fin.
- 37 Societas contrahi non potest super re non existentis.
Societas officij sine officio super solo periculo viis constituit non potest, ibidem.
Declaratur, n. 73.

- 38 Societas requirit subiectum communicativum lucris, & damni.
Usurarium putatur ex re infructifera lucrum sperare, ibidem.
Declaratur, n. 74.
- 39 Usura non cadit nisi ubi mutuum verum, vel fictum intercedit.
- 40 Usura est lucrum ex mutuo, vel quasi mutuo.
- 41 Contractus præsumitur qualis in sui figura apparet.
- 42 Usura ex mutuo vero quando dicatur.
- 43 Mutuatarius ex ratione mutui veri, vel palliati subit omne periculum rei mutuatæ, & semper obligatur ad sortis restitutionem.
Census vitiosus, in quo perpetuo pecunia sit recipientis, sortitur naturam emptionis, ibid.
- 44 In societate officiorum pecunia non sit recipientis, sed remanet solventis sub solo periculo in casu mortis.
- 45 In mutuo palliato necesse est ut lucrum, quod speratur, proveniat ex intersursio temporis.
- 46 Usurarius censetur contrahens, qui ex sui forma usurarius non est, ob depravatam contrahentium intentionem.
- 47 Usura palliata esse non potest ubi cessat depravata intentio contrahentium.
- 48 Usura mentalis committitur cum quis ex mutuo lucrum sperat, secus si ex alia iusta causa.
- 49 In societate super officio ultra valorem gravato fructus non accipiuntur ratione mutui, sed ratione periculi, quod sui naturæ non est illicitum, & n. seq. & n. 71.
- 50 Periculum amissionis sortis in societate officiorum est pecunia estimabile ad rationem duodecim pro centenario.
- 51 Pretij iustitia desinitur ex consuetudine longissimi temporis cum superiorum tolerantia.
- 52 Societatis contractus tunc iustus dicitur, cum inter socios lucri, & damni ferratur equalitas.
- 53 Mortis eventus inter casus fortuitos computatur.
In societatis officiorum cessat suspicio usurarii propter incertitudinem vite, ibid.
- 54 In societate officiorum fructus iuste percipiuntur non ratione societatis, sed ratione periculi.
- 55 Usura an sit mutuatæ pecuniæ rustico, ut iusta mercede agros mutuantur colat, & n. 57.
- 58 Usurarium non est periculum in se suscipere, & aliquid ultra sortem recipere, nisi in contractu mutui.
- 59 Contractus mutui quoad usurariam pravitatem multum differt a contractu denominato, & n. 62.
- 60 Contractus, in quo datur alicui pecunia cum pacto duplum restituendi si accipiens ducat uxorem, aut præbuerit filium, non est usurarius.
- 61 Mutuans cum pacto ut nihil sibi restituatur si mutuatarius intra certum tempus moriatur, si vivat, duplum restituatur, an committat usura, & num. seq.
- 62 Officialis potest inire societatem super fructibus sibi debitis a recognoscens bonam fidem.
- 64 Aliter si non valeat ut agatur, an valeat ut valere potest, & n. 65. & seq.
- 65 Contractus non a nomine, sed a conventionibus, & circumstantiis fortuituratur naturam.
- 66 Actus in dubio censetur factus omni meliori modo.

Prosp. Fagn. in I. p. 5. lib. Decretal.

- 67 Iuramentum facit ut actus etiam nullus defectu formæ valeat omni meliori modo quo potest.
- 68 Contractus in dubio neque iniustus, neque usurarius est iudicandus.
- 69 Societas officij congruè appellari potest, etiamsi contracta fuerit super officio ultra valorem gravato, & n. seq.
- 70 Nuptia unde dicuntur.
- 71 In societate officiorum non deserviant officia nisi pro colorando contractus, qui solam sustinetur ratione periculi amissionis capitalis.
- 72 Societas contracta super officio ultra valorem gravato extinguitur sublato officio.
- 73 Bulla Pij IV. de societatis officij non contrahendus super officio ultra valorem gravato continet ius positivum, & n. seq. usque in fin.
- 76 Contractus naturæ a hoc non patitur; ergo est contractus iniustus, erronea est consequentia.
- 77 Contractus quando dicatur iure positivo, vel naturali prohibitus.
- 78 Societates officiorum an contrahi possint super officijs extra Romanam Curiam existentibus.
- 79 Constitutio revocata, vel illius ratio ad decisionem causarum allegari non potest.
- 80 Societatem ignoranter contrahens super officio gravato, præter sortem potest etiam fructus recuperare.
- 81 Bona fides in his que sunt iuris naturalis, potest excusare a peccato, sed non a restitutione.
- 82 Societates officiorum ex stylo Curie sunt etiam super officijs ultra valorem gravatis.
Constitutionibus Apostolicis obijci non potest quod non sint usu receptæ; sed bene obijci potest, quod per contrarium usum sint abrogatæ.

NAVIGANTI. Gregoriana est, ut inquit Jo. Andr. & ideo legalis, secundum Jo. de Anan. & ipsa se sumat, & dividit. Brevius tamen sic sumari potest. Recipiens aliquid ultra sortem, usurarius censetur, licet periculum in se suscipiat: hoc dicit primò. Emens rem minus iusto pretio, non est usurarius si tunc verisimiliter dubitetur an tempore traditionis plus, vel minus sit valitura: hoc secundò. Propter dubium excusatur is, qui ex eo quod differt solutionem pretij, vendit rem plus, quam valeat, si tunc non erat aliàs venditurus: hoc tertio. & ita sunt tria dicta. Secundum ibi, ille quoque. Tertium ibi, ratione huius dubij.

4 Nota primò ibi, pro eo quod suscipit in se periculum, textum expressum, qui non reperitur alibi, quod mutans pecuniam naviganti, vel eunti ad nundinas, si aliquid ultra sortem recipiat, ab usu re vitio non excusatur ex eo, quod pecuniæ periculum in se suscipiat: & per hoc signa differentiam inter ius civile, & ius canonicum: nam de iure civili permittitur nauticum fœnus, ut C. de naut. fœn. per totum aut mutuantur periculo suo pecuniam ultra mare vehendam liceret recipere usuram etiam centesimam, ut l. Nihil, ff. eod. quæ scilicet in anno æquatur sorti, ut per Host. in cap. Quanto, n. 5. supra eod. & in summa de usur. §. Ex quibus, vers. Item in traiecitia, & vers. seq. & dicebatur huiusmodi pecunia traiecitia, eo quod trans mare periculo creditoris transieretur, l. i. ff. de naut. fœn. & hic notant Host. & Jo. Andr. ambo n. 6. & Calder. n. 6. & erat hoc speciale in usura nautica, in qua erant & alia specialia: nam

alioz usura sine stipulatione non debebantur nautica verò debebatur etiam ex pacto nudo, l. *Periculi*, §. fin. ff. *cod. tit. secundum Calder. hic nu. 7.* & Cardin. n. 1.

8 Verū de jure canonico usura hæc nautica omnino reprobat, ut hic est textus clarus, quo sublata est juris communis dispositio, & correctus totus titulus ff. *de C. de nautic. fenor.* ut hic firmant Host. n. 1. 2. & 3. Cardin. in *princ. ubi* sic summat textum, videlicet: Nauticum fœnus jure canonico reprobat, & fœnus naut. in 1. *opposit.* Anchar. in 2. *notab.* Jo. de Anan. n. 2. & Jo. Croc. m. 2. in 3. *notab. tom. 4. Repet. fol. 373.* dicens: (Nota quod per justum textum est correctus totus titulus ff. *C. de naut. fen.*) Et quamvis contrarium teneat Jacobus Buttrigarius in l. 1. *C. de naut. fen.* exemplo duorum, qui ludunt taxillis: nam cum subiacent fortis periculo, si unus vincatur ab alio, lucrum licite retinetur: & Jo. Croc. dicat hanc opinionem sibi aliquando placuisse, eo quod cum creditor suscipiat in se periculum pecunie, & aliquid recipiat ultra sortem, hoc non est contra jus divinum; ideoque jus civile servabitur in terris Imperij, juxta gloss. in c. 2. *de arbit. lib. 6.* & Abb. in cap. *Dilecti, de re judic.* Attamen, ut idem Croc. subdit, prior opinio est tenenda; quia hic textus prohibet talem contractum uti usurarium; & ita illum prohibet ratione peccati: in materia autem concernente peccatum, jus canonicum in totum derogat juri civili, & ubique locorum servari debet, cap. *fin. de prescript. Bart. & DD. in l. Privilegia, C. de sacros. Eccles.* idem voluit Salycet. in *Auth. Ad hæc, in 3. col. C. de Summ. Trinit.* dicens, legibus loquentibus de usura nautica hodie non esse accommodandum assensum, propter id quod habetur in hoc cap. Nec obstat dictum Jacobi Buttrigarii, quia non est verum per hunc textum, ut inquit Jo. de Anan. hic mun. 3. post Petr. de Anchar. cuius manus scripta dicit se vidisse, & attestatur ita communiter teneri: de communis etiam testatur Navar. in *Manuali*, c. 17. n. 221. & ex Theologis hoc tenet supplement. ut refert Sylv. in ver. *usura*, l. n. 35. Item non obstat quod cum in mutuo dominium transferatur in debitorem; ideoque ad ipsum spectet periculum rei mutuatæ, ut l. *Incendium, C. si cert. petat. creditor, qui periculum in se suscipit, videatur licite posse aliquid accipere quasi in compensationem suscepti periculi.* Quoniam respondetur hunc nihilominus usurarium censeri, cum recipiat aliquid ultra sortem; quod est contra naturam mutui, ut c. *Consultus*, & c. *Conquestus*, supra eod. & si pecunie fors sit perempta live non, si emolumentum ultra sortem accipiat, usura est, quia nihil ex mutuo sperare licet, l. 4. §. 3. per totam, ita solvit gloss. 1. hic, quæ optime loquitur secundum Anton. de Butr. n. 10. sed aliter, & fortè melius prædictam objectionem diluit Host. in *summa* hoc tit. §. *Aliquo casu, vers. Sed numquid pro trajectoria*, ubi hunc articulum latè prosequitur, & affirmat pecuniam trajectitiam esse usurariam, quamvis creditor periculum subeat; idque probari ratione naturali, quia aut recipiens juvat se usu pecunie, aut non: si non juvat, iniquum est ut creditor ab eo lucrum exigat, quod non habuit, si juvat se: ergo dominum non remanet penes creditorem; quia consumptione amittitur, & fit alterius, ut l. 1. *Si alien. ff. de solut.* unde patet creditore non debe-

re lucrum recipere à debitoribus, qui re propria utitur, & cum ea lucratur: nam periculum, quod in se suscipit creditor, in nihil ipsum relevat, sed potius oneratum relinquit: Imputet ergo sibi si periculum in se suscipit; ut ibi latius per Host.

Contrariam opinionem, videlicet nauticum fœnus nullo jure improbari, amplectuntur communiter Theologi, quia quod in hac specie ultra sortem accipitur, non datur ratione mutui, nec propter nudum interesse interulsi temporis, sed propter justissimam causam, id est propter periculum, quod in se suscipit creditor contra naturam mutui: ita S. Thom. in *tract. de usura, opusc. 73. q. 9.* S. Antonin. in 2. *par. lib. 1. cap. 8. §. 21.* Conrad. de *contract. q. 39. concl. 1.* Sylvest. alios adducens in ver. *usura*, l. n. 35. Jo. Major. in 4. *sentent. dist. 17. q. 1.* & Cajet. in *summa* in ver. *usura exterior, vers. Duodecimus casus*, quos refert, & sequitur Covar. *variæ. resol. lib. 3. cap. 2. n. 5.* & ex Jurisperitis Jacob Buttrigarius super eod. in l. 1. *C. de naut. fenor.* & Bald. in l. 1. *num. 3. vers. Vel est susceptio periculi, C. de Summ. Trinit.* dicens in nautico fœnore non esse propriè usuram, quia ibi non est lucrum, sed quædam recompensatio debita inde: & ita quotidie fit Venetijs, Florentijs, & aliibi, ut hic attestatur Cardin. num. 1. in 6. *opposit.*

12 Magnopere tamen laborant præcitati Auctores, ut vitent dispositionem insignis hujus Decretalis, quam propterea in varios sensus deducunt. Primus intellectus est Adriani in 4. *sentent. in tract. de usura, cap. Occurrit*, qui putavit hoc capitulum habere locum in eo tantum casu, in quo pretium periculi, quod in se suscipit creditor, est injustum, & immoderatum: tunc enim ultra sortem accipitur id quod justum pretium excedit, & hoc causa mutui; & ideo usura est: secus verò si pretium periculi sit justum, ut etiam dicam infra n. 55.

13 Verum hic intellectus non consonat litteræ ibi, recepturus aliquid ultra sortem: nam dictio, *aliquid*, verificatur in qualibet minima re, juxta gloss. in Clem. 1. in ver. *Auctorem aliquam partem, de foro compet.* & hic notant Abb. num. 2. vers. *Et nota bene* quod textus dicit, *aliquid*, & Jo. Croc. in 2. *notab. n. 7.* Unde secundum eos usura committitur, si aliquid quantumcumque modicum ultra sortem exigatur. Idem probatur in cap. *Plerique*, l. 4. §. 3. & suffragatur illud, *Mutuum dantes nihil inde sperantes*, cap. *Consultus* supra eod.: nam dictum, *nihil*, cum sit universalis negativa excludit quamcumque quantitatem, l. 1. si in qui ducenta, §. *Utrum*, ff. *de reb. dub.* Igitur si pretium periculi sit modicum, live magnum, in contractu mutui usura est per hunc textum.

14 Secundus intellectus est ejusdem Adriani in d. 6. *Occurrit*, ad primum, ubi dicitur, *Occurrit*, & Soci infra citandi, n. 46. existimant hunc textum obtinere in eo casu, in quo probaliter nullum subest periculum, sed solum prætextus à creditore, ut hoc colore quasito sit certus de lucro ultra sortem convento. Sed eos merito refellit Covar. d. cap. 2. n. 5. vers. *Primum eadem*; quia textus loquitur de illo, qui mutat pecuniam naviganti. At nil tam capax fortuitorum, quam mare, ut inquit Tacit. *Annal. lib. 14.* ideoque secundum Calder. hic n. 2. verbum, *navigare*, in latiori significatione ponitur pro quolibet actu laborioso, cum sæpe navigando labor, & periculum im-

mineat, c. *Non turbetur*, 2. 4. q. 1. c. *Adversitas*, 7. q. 1. unde navigare dicitur qui uxorem duxit, cap. *Nos novimus*, 17. q. 2. ubi ubi glossa prima, (Sicut navigans, inquit, subicit se variis periculis, nec proprio motu regitur, sed ventis; sic habens uxorem.)

15 Tercius denique intellectus est illorum, qui sic distinguunt. Aut mutans recipit aliquid ultra sortem ratione mutui tantum, aliis non mutaturus, & est usura, non obstante quod periculum sortis in se suscipiat; & in hoc casu loquitur hoc capitulum. Aut recipit partim ratione mutui, & partim ratione periculi, & similiter usura est quantum ad illud quod recipit ratione mutui. Aut deum recipit ratione periculi tantum, atque ut pretium periculi; & sic non est usura: nam etiam non mutaret, & periculum navigantis vellet subire, licet posset recipere pretium periculi susceptum, nec propter hoc quod ei intersit mutando, efficeretur deterioris conditionis: & hic quidem intellectus à Theologis communiter approbatur, ut inferius patebit; sed tamen illud impugnatur supplementum duplici motivo. Primo quia hoc cap. ult. esse usuram, etiam si quid ultra sortem recipiatur ratione periculi, ut sonat littera ibi, *pro eo quod*. Verba enim textus sic se habent, [Naviganti, vel eunti ad nundinas certam mutans pecunie quantitatem pro eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus.] Deinde quia si haberetur respectus ad mutuum, nullum fuisset dubium: & si ex lata esset super indubitabili, quod esse non debet, quia esset superflua; ad hoc 1. *Quod Labor*, & ibi gloss. 1. ff. *de Carbon. edic.* sed cum mordet Sylvest. quod non bene intellexerit textum; quia verba illa, *pro eo quod*, non denotant causam receptionis lucris ultra sortem, sed causam mutandi; & secundum hoc poni debet coma post verbum, *suscepit*, non autè post verbum *quantitatem*. Censetur autem creditur moveri ratione mutui, quando vult, & pacificatur ut sortis periculum omnino ad se pertineat aliis non mutaturus; & si ex mutuo vult consequi lucrum non quidem immediate, sed mediante susceptione periculi; quod usurarium est: & ita hunc textum intelligunt S. Antonin. in 2. *par. lib. 1. tit. 1. cap. 6. §. 21.* Sylvest. alios adducens in ver. *usura*, l. n. 35. Conrad. de *contract. conclus. 1.* Jo. Major. in 4. *sent. dist. 15. q. 31.* & Cajet. in *summa* in ver. *usura exterior*, vers. *Duodecimus casus*, & hunc sensum verè proprium esse, ut frequentiori Theologorum judicio probatum, attestatur Covar. *variæ. resol. lib. 2. c. 2. n. 5. vers. Secundo*. Quando autem mutans suscipit in se periculum pecunie mutuatæ, & simpliciter recipit aliquid ultra sortem, non exprimens an id recipiat ratione periculi, an ratione mutui; Canon vehementer præsumit eum recipere propter mutuum, & susceptionem periculi adhibitam esse ad palliandam usuram, ad quam quidem palliationem de medio tollendâ sub colore periculi suscepti emanavit hæc Decretalis; secus verò si mutans exprimat se emolumentum accipere propter periculum, quod in se suscipit; quia tunc contractus non est usurarius, ut per Valac. *conf. 18. num. 4.* & alios complures hic congestos à modernis Collectoribus.

21 Quid dicendum? Ego ad conciliandas opiniones puto sic distinguendum: Aut queritur an ejusmodi contractus censetur usurarius in foro

externo, & quantum ad judicium Ecclesiæ: Aut queritur an sit usurarius in foro animæ, & quoad Deum. In primo casu existimo contractum judicari usurarium, & ita procedere opinionem Canonistarum; quia cum creditor recipit in se periculum rei mutuatæ, & aliquid accipit ultra sortem, Ecclesia judicat principale objectum illius esse lucrum ex mutuo, ita ut non sit audiendus si dicat se non recipere ratione mutui, sed solum ratione periculi: quia cum hoc consistat in intentione, non pertinet ad judicium Ecclesiæ, quæ non judicat de occultis, c. *Sicut tuus*, in fin. & tui gloss. ult. & c. *Tua, de simon. & c. 1. Vi eccles. benefice*. Talis enim intentio, ut inquit Jo. Andr. in c. *Nobis*, n. 5. de *simon.* non video quomodo probari possit nisi per ipsum, cui tamquam soli criminoso, & in factis de depositioni non est credendum; alioquin cuique facile esset dicere: Ego fuissim aliàs mutaturus, occultam enim, & incognita illi soli sunt relinquenda, qui solus novit corda fidelium hominum, c. *Consultus*, si, 2. q. 5. Et est simile in simonia: nam si pecunia promissa, vel data interveniat, non audiuntur electores si dicant se non fuisse motos ad eligendum propter pecuniam, quia aliàs electuri erant: sed qualicumque fuerit eorum intentio, electio judicatur simoniaca, ut firmat gloss. 2. in d. c. *Nobis*, supra, de *simon.* quam ibi sequuntur Host. Jo. Andr. Abb. & alii communiter, & videtur sententia D. Thomæ in 2. 2. q. 100. *art. 2. ad 3.* Eodè igitur modo non est audiendus creditor, qui dicit se non moveri ad emolumentum ultra sortem accipiendum ex causa mutui, quia aliàs erat mutaturus; sed nihilominus usurarius ab Ecclesia judicatur qualicumque sit ejus intentio: & propterea textus, non dixit, *usurarius est*, sed *usurarius est censendus*: quasi senserit non esse usuram intrinsecam, & ex natura rei, sed usuram reputari ab Ecclesia: nam censere idem importat quod judicare, l. *Censere*, ff. *de verb. signific. gloss. in Clem. 2. in ver. Censemus, de probat.* Quod sanè judicium in eo videtur fundatum, quia ut plurimum creditores suscipiunt in se periculum ad palliandam pravam intentionem, quam gerunt lucrandi ex pecunia mutuatâ, & ex his, quæ plerumque accidunt iura constituuntur, l. *Nam ad ea*, ff. *de legib.* & sic non quia culpa sit, sed quia solet esse, ut inquit gloss. in cap. *Presentiam*, in ver. *usura*, l. 1. q. 1. & est simile in c. *Mulier*, 15. q. 1.

22 Limitari tamen posset hoc primum membrum nisi aliquis primò mutaret, & postea conveniret ut ad se periculum pertineret certa mercede sibi constituta: tunc enim non ex mutuo lucrum acciperet, sed ut ajunt, pro assecuratione sortis: ita Navar. in *Manuali*, c. 17. n. 221, alios citans; & videtur ex mente Cardin. hic nu. 1. in 6. *opposit.* sed ego hoc admitterem dummodo ejusmodi actus non essent respectivi, quod ex brevitate temporis inter mutuum, & susceptionem periculi, atque ex aliis circumstantiis dijudicari facile potest, secundum ea, quæ scribit Anchar. in *conf. 434.* incip. *Ex narratis*, n. 3. vers. *Præterea*, & Menoch. *la-tissimè, de presump. lib. 6. Presumpt. 12.* per totam, *prescriptum* n. 28. Alioquin levi negotio posset unusquisque prius muturare, & paulo post periculum in se suscipere, ut eluderet dispositionem hujus textus: imò intervallum unius diei suspicionem auget, ut per Modern. *Parisen in tract. de usura*, n. 407, & Menoch. *de presump. 12. n. 29.*

- 24 In secundum autem casu, id est in foro animæ vera videtur Theologorum distinctio: nam si mutans recipiat aliquid ultra fortem ratione mutui, seu ea intentione ut lucraretur ex mutuo, quamvis periculum in se suscipiat, abique dubio est usura, quæ sola voluntate committitur, cap. Cum consulerit, supra eod. glof. in cap. Ex parte, primo, in ver. Dimittite, de offi. Deleg. Sed si verè non intendat lucrari ex mutuo, sed tantummodo accipere per mercedem, seu pretium periculi, iuxta tex. in l. Periculū, de nau. san. In foro interiori: & quantum ad Deum non est usurarius. Itaque tota hæc res ab intentione distinguitur, & specificatur, cap. Cum voluntate, infra de sent. excomm. l. Qui curia, ff. de iur. Facit text. in cap. In Civitate, in fin. supra eodem. In dubio autem cum non distinguit an lucrum recipiat ratione mutui, vel ratione periculi, censetur recipere ratione mutui, & ideo usura est secundum ea, quæ dicta sunt supra num. 20. & sic arbitror posse conciliari dissidentes opiniones: quod nota.
- 25 Retenta Canonistarum opinione, eam declaro primò secundum Innoc. in princ. Hostien. num. 5. Butr. num. 7. Cardin. num. 4. ut procedat si navigans recipiat pecuniam ultra mare trajiciendam certo pretio sibi constituto: nam si periculum in se suscipiat, si non est, usura non est, quia ibi non est mutuum, sed locatio operarum, vel invectionis, vel custodiarum, quæ licita est. Et ita de facto, & toto tit. ff. de nau. cau. ff. de nau. l. Qui operas, l. Qui mercedem, & l. seg. ff. Locati: Secus verò si non detur pro mercede, ut vehat, sed ut negotietur, quia hoc est mutuum. Unde quidquid accipitur ultra fortem usura est, cum pecuniæ nullus sit usus, vel utilitas utendi, ut in illa palea incip. Egrediens, 28. diff. Ratio differentie est, quia locator retinet dominium rei locatæ, l. Non enim, ff. Locati: propter quod ad eum rei suæ pertinet periculum. At creditori non retinet dominium pecuniæ mutuatæ, sed illud transfert in debitorem, cujus propterea est periculum, l. 2. ff. si cert. petat. Præterea res locata usu fit deterior, quod in mutuo non contingit. Non igitur mirum si locator salarium percipit, non autem mutans Ita Joan. Andr. b. n. 11. Butr. n. 10. ver. Ratio est, ut Jo. de Anan. n. 3. Et ex prædictis, & consentis Thom. in 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad 5.
- 28 Declara secundò Canonistarum opinionem, ut procedat in mutuo, prout loquitur hoc cap. non autem in contrahentibus societatem, quorum unus ponit operam, alter pretium; quia ut inquit Bald. in l. 1. num. 36. C. de Summa Trinit. non est usura, sed divisio lucris industrialis: & sic licet, ut ait Goffred. communicantur comoda, & incommoda. Unde ponent pecuniam potest habere partem lucris, dummodo periculum periculo exponatur, ita ut sit particeps damni, & lucris, cap. Plerique, 14. q. 3. Societas enim est quædam fraternitas, ut l. Verum, primo responsio, ff. Pro socio: & ita hic firmant, Jo. Andr. num. 3. in ver. Mutuus, & Butr. num. 6. de quolatus per Calder, in secunda questione, num. 28. & ex mente D. Thomæ, loco citato.
- 30 Secundò nota ex secunda parte textus usurarium censeri eum, qui non emit rem minus quam valeat ob eam causam, quia differtur traditio rei emptæ, & nunc solvit pretium: Fingimus enim emptorem nunc mutuari videri pretium rei, &

- accipere illud plus quam valebit tempore traditionis, nisi dubium sit an res tunc temporis minus valeat: tunc enim tunc emptor, quam venditor æqualiter commodum, & incommodum ex dilatione expectant, ut hic per glof. 2. & Abb. num. 6. Atque ita rationem dubij valet quod aliàs non valeret: de quo plenius dicitur infra in 3. notabili.
- 32 Porro in æstimatione valoris considerari oportet id, quod verisimile est, ut inquit littera ibi, verisimiliter; ita ut si communiter traditionis tempore res plus valitura esset, veluti si solvatur pretium tempore messium, ut mensura detur tibi in Paschate, erit interusum secundum communem cursum, & morem omnium regionum, qui spectandus est, ut l. 1. in princ. ff. de sum. Idemque dicendum si ematur ante messium frumentum tradendum in æstate tam modico pretio; ut probabiliter plus sit valitura, & valore communiter eo sueverit. Nec refert quod non nunquam contingat oppositum; quandoquidem ad ea, quæ raro accidunt, iura non adaptantur. l. Nam ad ea, ff. de legib. Sed quod fit frequenter, id est plerumque, & respiciunt, & medentur, ut in Auth. Ut sine prohib. ff. Quia verò, coll. 1. Ut ergo eviteatur traditis suspicio, emat de tempore ad idem tempus in qualitate, puta de æstate ad æstatem, & de vere ad ver, vel ad tempus, in quo non lædat conscientiam, vel in animarum iudicio ad restitutionem judicetur, ut cap. Consilium, supra eodem. Ita Hostien. hic num. 6. Jo. Andr. eod. num. in ver. Verisimiliter, Butr. num. 2. & 11. Anchar. in 4. & 5. notab. Abb. num. 10. & alij communiter.
- 33 Tertiò nota ibi, verisimiliter dubitatur, dubia in meliorem partem esse interpretanda: ad idem cap. 2. infra de reg. iur. promissiones enim esse debemus ad abolendum, quam ad condemnandum, cap. Ex litteris, supra de probat. & l. Anianus, ff. de act. & obligat. & hic notat glof. 2. Verum Host. num. 9. cui Cardin. num. 2. & ceteri consentiunt, declarat hoc verum esse in iudicio contentioso, ut hic, & in iuribus supra citatis, in quo non debet iudex se certum reddere ubi certus non est, nec dubitare ubi certus est, cap. Cum contingat, §. penult. supra de rescript. in quo etiam quandoque relinquatur aliquis conscientie suæ, ut cap. Mulieri, supra de iur. iur. Secus in foro animæ, in quo ad vitandū salutis periculum in duriore partem interpretamur: & sic non obstat cap. Ad audientiam, §. 1. & cap. Significasti, §. fin. de homicid. cap. In Civitate, §. fin. supra eod. cap. Illud infra, de Cler. excomm. ministrum. Eandem distinctionem adhibuit glof. notab. in cap. un. in ver. æstimate, supra de scrutin. & S. Thom. in 2. 2. quæst. 60. art. 4. & scripsi plenius in cap. Ne imitatus, an. 13. 7. usque ad 147. ff. de Constit.
- 34 Ultimò nota ex tertia parte textus ad hoc ut contractus sit licitus, quando venditur res plus quam valeat, & differtur solutio pretij in certum terminum, necessarium esse ut duo copulativè concurrant. Primum est ut probabile dubium sit an tempore solutionis pretij res empta plus, vel minus sit valitura. Alterum est, ut venditor non esset aliàs venditurus tempore contractus. Si igitur certum sit tempore solutionis pretij rem minus valituram fuisse, quam tunc ille numerata pecunia vendidisset; eo casu contractus usurarius est censendus, ut hic probatur aperte: & hoc per ratio-

- tionem, quam tetigi supra in 2. notab. num. 10. & notat glof. 2. Butr. num. 11. & Abb. num. 7. Et talem, qui propter dilationem carius vendit, quam statim soluto pretio fuisset venditurus, dicunt esse usurarium mentalem, Hostien. num. 12. in fin. Jo. Andr. num. 6. in ver. Tempore contractus, & Anchar. in 6. notab.
- 35 QUÆRO, An contractus societatis initz ab aliquo Officiali Romanæ Curie super officio ultra valorem gravato, contemplatione tamen alterius personæ recognoscens bonam fidem, & servantis eum indennem, sui natura illicitus sit, atque usurarius.
- 37 Pro opinione illorum, qui putant hunc contractum defendi non posse ab usura pravitate, adducitur illud præcipuum argumentum, quod societas contrahi nequit super re non existente, l. Verum, §. fin. ff. pro soc. Sed ipse officialis jam obligatos habet omnes officij fructus. Ergo sibi amplius non licet super illis societatem inire. Sublato enim fundamento, &c. cap. Cum Paulus, 1. q. 1. cap. Veniens, infra de Presb. non baptiz. Ita Lælius Zecchius in tract. de Vfur. cap. 7. de societate, num. 10. ver. Notandum, col. fin. Jo. Baptista Contradus in suis responsis Casuum Conscientiarum n. 255. col. 5. ver. Si non concedam, & Rota decis. 287. num. 1. par. 4. divers. ubi in terminis resolvit societatem officiorum super officio ultra valorem gravato non sustineri ob eam rationem, quia ubi deficit subiectum, super quo subsistat contractus, in vim societatis valere non potest, & necesse est, ut resolvatur in mutuum, & decis. 55. 2. num. 35. 6. par. 1. recent. ubi decidit societatem officij sine officio super solo periculo vitæ constitui non posse, quia deficit subiectum communicativum aptum reddere lucrum, & damnum, ut est necessarium in societate ex d. l. Verum, §. fin. ff. pro soc. & ex alijs autoritatibus ibi allegatis.
- 39 Quibus tamen non obstantibus videtur respondendum contractum, circumscripta Ecclesiæ prohibitione, ex se licitum esse, & sui natura ab usurario crimine longè abesse.
- Primò, quia usura non cadit nisi ubi mutuum verum, vel fictum intercedit, cap. 1. 4. qu. 3. Abb. conf. 1. 14. Attingendo, n. 1. par. 2. & conf. 15. Quaritur, num. 2. par. 1. notant Canonistæ in rubrica; & in cap. Conquestus, supra eod. & Legistæ in l. 2. §. Creditum, ubi Dec. in 3. notab. ff. si cert. petat. & colligitur ex ipsa usuræ definitione. Dicitur enim esse lucrum ex mutuo, vel quasi mutuo, Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 1. art. 1. Covarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 3. Conrad. de contract. tract. 2. quæst. 21. Sed hic nulla veri, aut ficti mutui subest ratio. Ergo, &c. Mutuum verò in hoc contractu non intervenire ostendunt verba ipsa, quæ in contractum societatis, non in contractum mutui sonant, l. si quis stipulatus, ibi, respiciendum erit sermo stipulationis, ff. de verb. obligat. l. fin. & ibi glof. in ver. Proclivior, ff. de condit. caus. dat. Contractus enim præsumitur qualis ex figura apparet, Bart. in cap. 1. in princ. de iud. dat. contra vic. leg. commissi. & in specie contractum societatis fuisse initum si verba sonent in societatem, plenè consulit Curt. sen. conf. 52. incip. Super art. num. 2. Itaque mutuum verum dicitur ubi partes expressè de mutuo agunt, & tunc usuram veram committunt, cum aliquid ultra fortem ex pacto, & conventionem recipiunt, juxta l. Rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat.

de hoc mutuo loquitur Pontifex in cap. Inter dilectos, de excess. Prælat. in princ. dicens usurarium esse illum qui in ludo alteri mutuavit undecim pro duodecim; quo exemplo utitur Bero. conf. 207. num. 51. vol. 5. ostendendam differentiam, quæ inter mutuum usurarium verum, & mutuum usurarium palliatum intercedit: Quod verò neq. mutuum fictum, aut palliatum in hoc contractu considerari possit, pater, quia de ratione mutui tam veri, quam palliati est, ut mutuatarius omne damnum rei mutuatæ, & omne periculum subeat, & in omni casu ad illam mutuantem restituendam teneatur. l. Incendium, ff. si cert. pet. §. Item secus, Infit, quib. mod. toll. oblig. Angel. in Summa verb. Mutuum, latissime Conrad. de contract. tract. 2. q. 35. in fin. 2. suppositionis, & quæst. 34. concl. 1. ubi pluribus comprobatur ad substantiam, mutui pertinere, ut mutuatarius semper obligatus remaneat ad fortis restitutionem, & decis. 55. 2. num. 7. part. 1. recent. ubi propterea decidit censum vitalium, in quo datur pecunia, ut perpetuò sit apud recipientem, fortiori naturam emptionis. In hoc autem contractu societatis officij pecunia non fit recipientis, sed remaneat solvens sub solo periculo amissionis in casu mortis, ut dixit Rota decis. 55. 2. nu. 8. & recipientis spem probabilem habet illam lucrandi, & facile potest fortunæ beneficio ab onere restitutionis se liberare. Ergo certum est ne palliatum quidem mutuum hic intervenire; quandoquidem huius contractus forma, quæ in iuribus modicè conventionem consistit ad formam contractus mutui maximè differt.

45 Præterea ut mutuo palliato, & interpretativo sit locus, necesse est, ut quod sperant contrahentes, sperent, & expectent ex cursu, & interusorio temporis, aut certè aliunde expectare non possint. Exemplum est clarissimum in hac Decretali in 2. respon. ubi mercatores, qui carius vendunt merces credita pecunia, usura labe infecti censentur. Quamvis enim contractus venditionis sui natura careat omni suspitione usuræ; quia tamen id quod ultra iustum pretium recipiunt mercatores, non aliunde sperant, quam ex dilata solutione, nec aliunde provenit, quam ex cursu, & lapsu temporis: merito iudicatur ab Ecclesia mutuum palliatum nomine emptionis, & venditionis. Ita in terminis declarat Abb. conf. 5. Omnis argumentum, num. 3. par. 1. Ideoque glof. ult. in c. Consilium, supra eod. circa med. ubi idem exemplum habemus, dicit ob depravatam intentionem contrahentium usurarium existimari contractum, qui ex sui forma usurarius non est. Item glof. hic in ver. Venditores, ubi etiam Abb. n. 2. docet mercatores carius vendentes ob dilatat pretij solutionem de usura damnari, quia fraudem habent in mente. Hinc etiam Hieronymus Gabriel. consil. 156. num. 26. & 35. vol. 2. scripsit usuram palliatam locum habere non posse cessante depravata intentione contrahentium. Verum quod in casu nostro à contrahentibus accipitur, vel expectatur ubi gravatum est officium non accipitur, neque expectatur ex dilata solutione ob pecuniæ usum propter cursum, & lapsum temporis sed propter illud grave periculum, quod subeunt amittendi sortem; nec habent animum depravatam, & voluntatem corruptam. Ergo nulla prorsus mutui specie hic esse videtur, ut lapsissime firmavit Rota & præsertim decis. 291. nu. 4. & decis. 336. n. 5. ubi aliz

alioz decisiones referuntur. *part. 4. diversor.*

- 84 Hoc dictum ex eo licet confirmare, quod usura mentalis est per obiectum perpendenda, ita ut tunc demum committi dicatur, quando quis ex mutuo locum sperat: secus vero si non ratione mutui, sed ex alia iusta, ac legitima causa; quia tunc non est usura live secundario, live principaliter speret lucrum: ita Sot. *lib. 6. de iust. & iur. q. 1. ar. 2. col. 3. circa fin.*

94 Cum itaque contrahentes societatem super officii etiam gravatis ultra valorem fructus sibi promissos accipiant non ex vi mutui, sed ob pecuniam periculum suapte natura estimabile, ut l. *Periculi, ff. de naut. fenor.* utique dici non debent usuraria labe coinquinati, etiam si eorum mens in contrahendo ad lucrum principaliter dirigatur; praesertim cum periculum sit tale ut hoc pretio, & recompensatione dignum iudicetur.

90 Quod probatur primò auctoritate Soti *lib. 6. de iust. & iur. q. 6. ar. 2. ad fin.* ubi de huiusmodi societatis verba faciens, (periculum, inquit, quod centum conferens subdit, ut si tempore durantis societatis moriatur, illa amittat, estimabile est pecunia, atque adeo sicut in ludo, & in aliis inde fortuitis fieri consuevit, iuste videntur pro illo periculo centum recipi sex pro quolibet semestri.) Hec ille.

51 Secundò, quia homines prudentes, ac timorata conscientia iustum putant recipere sex pro centenario sexto quoque; mens ratione illius periculi; hoc pretium consuetudo longissimi temporis cum superiorum tolerantia hucusque approbat, ex his namque sumitur pretii iustitia, ut tradunt Doctores in l. *Pretiarum, ff. ad l. Falci. de in c. 1. de empt. & vendit.* & ex multis Conrad. *de contract. q. 56. & q. 89.*

52 Tertiò, quia ubi contrahentes ob dubiam spem, dubiumque eventum potentiam habent ad plus, & minus, ad damnum, & lucrum, nulla inter eos inaequalitas, nulla iniustitia considerari potest, arg. l. *Si oleo, ubi Bald. & Salye. & l. Si pactione, C. de usur. & patet ex dictis supra n. 28. Quis autem non videat in hoc contractu accipientem pecuniam habere spem non minus probabilem lucrandi sortis, quam dantem lucrandi fructus, cum mors certissima sit, tempus vero mortis adeo incertum, ut non absque ratione casus mortis inter alios fortuitos computetur, l. *fin. in princip. C. de iure dot. Bald. in l. 1. in fin. C. Qui non poss. ad libert. perven.* unde Rota coram Gregor. XV. *decis. 107. n. 4.* dixit in societate officiorum cessat omnem suspicionem usurarum propter incertitudinem vitae, ex traditis per Roman. *conf. 302. n. 3. & Dec. in l. fin. n. 4. C. de transact.**

53 Quarta, & ultimò, ut alia omittamus, quia iustitia societatis contractus intra valorem officii ab hoc periculo dependet; propterea eo casu putatur licere socio accipere duodecim pro centenario singulis annis, quia hoc estimatur iustum pretium illius periculi amittendi censum. Ita fatentur omnes uno ore hac de re tractantes, praecipue autem Caltrac. *c. 8. n. 2. c. 4. n. 1. & 48. nu. 1.* quibus in locis aperte testatur per percipiendi fructus, quod habet pecuniam tradens, fundatum esse in periculo illam perendi; atque ideo tali periculo cessante veluti causa, cessare & ipsum jus fructus percipiendi: quinimo Navar. *conf. 29. Excellentissime Domine, in tit. de usur.* asserit fructus in hoc contractu

54 Quarta, & ultimò, ut alia omittamus, quia iustitia societatis contractus intra valorem officii ab hoc periculo dependet; propterea eo casu putatur licere socio accipere duodecim pro centenario singulis annis, quia hoc estimatur iustum pretium illius periculi amittendi censum. Ita fatentur omnes uno ore hac de re tractantes, praecipue autem Caltrac. *c. 8. n. 2. c. 4. n. 1. & 48. nu. 1.* quibus in locis aperte testatur per percipiendi fructus, quod habet pecuniam tradens, fundatum esse in periculo illam perendi; atque ideo tali periculo cessante veluti causa, cessare & ipsum jus fructus percipiendi: quinimo Navar. *conf. 29. Excellentissime Domine, in tit. de usur.* asserit fructus in hoc contractu

iuste recipi non ratione societatis, sed ratione periculi, quod subit socius in utilitatem officialis: quod videtur etiam sensisse Rota *decis. 742. n. 1. & decis. 763. n. 3. per 1. diversor. & Oldrad. conf. 207. Unversis, n. 6. & per tot.* Sed qui societatem super officio gravato contrahunt, eidem, ac fortasse etiam majori se exponunt periculo, ut ex se patet. Ergo eisdem etiam fructus pro illius periculi pretio accipere poterunt: nam quod fructus officii extent, vel non extent, non efficit majus, vel minus, iustum, vel iniustum talis periculi pretium.

Ne quidquam obstat, quod qui contrariam tenent opinionem respondent fructibus officii non extantibus contractum hunc ad mutuum reduci, in quo periculum rei mutuae, quod mutans in se suscipit, illum non exculat ab usura, ut videtur esse textus insignis in hoc cap. *Navar. & tradit Navar. in Manual. c. 17. nu. 221. & 284.* Quare hoc casu periculum non erit habendum in consideratione.

55 Id inquam non obstat, primò quia non defunt graves vii, qui usurariam non existimant mutui dationem ea lege factam, ut mutuarius cogatur solvere mutuanti pretium periculi rei mutuae, quod in se suscipere vult, dummodo tamen iustum pretium sit, ac legitimum: & inter hos praecipuus est Adrianus in *4. sent. trad. de usur. in cap. Occurrunt*; cuius sententia adjuvari videtur ex doctrina Baldi in l. *Rogasti, §. Si tibi, col. 2. ff. Si cert. pet. & Jo. Lup. in cap. Per vestras, de donat. inter vir. & ux. §. ult. n. 39.* qui committere usuram non credunt civem, qui rustico coram pecuniae quantitate mutat, ut suos agros iusta mercede colat.

56 Et ad hunc textum praedicti Doctores respondent maxime verò Adrianus loco citato, procedere ubi periculum non est verum, ac reale, sed fictum, ac simulatum in fraudem usurarum. Hunc intellectum probat Sot. *lib. 6. de iust. & iur. q. 4. artic. 2.* Quis autem dixerit periculum perendi capitale, quod in se suscipit tradens pecuniam, simulatum esse, cum oculis quodammodo cernatur, & quasi manibus tangatur? hunc tamen intellectum confutavi supra n. 17.

Respondet praeterea idem Adrian. ubi supra huius textus dispositionem non habere locum nisi quando iniustum est periculi pretium. In casu autem nostro iustum supponimus, ut jam in superioribus probavimus.

57 Sed quia neque huiusmodi interpretatio consonat litterae huius cap. ut dixi supra nu. 14. & doctrina Adriani, & sequacium, de quibus supra nu. 55. communiter reprobat teste Covar. *lib. 3. n. 1. riar. resol. cap. 2. n. 5. vers. Tertiò.* & contra illam valde urgent rationes per eum ponderatae. Ideo tertio loco responderi potest huius textus decisionem fundatam esse in praesumptione, & colligitur ex verbis textus ibi, *Usurarius est censendus*; id est praesumendus, ut interpretatur Navar. in *Manual. c. 17. n. 284.* hunc intellectum recipit Conrad. *de contract. q. 39. col. 4. vers. Secundo.* & c. Ad quod vide quod dixi supra n. 22. quare cum nos loquamur de foro interiori conscientiae, in quo veritas rejeitis praesumptionibus attenditur, ut per Feder. de Sen. *conf. 21. n. 2.* Praeterea lex, seu forum conscientiae, non est cur de eius decisione laboremus.

58 Sed quatenus hic quoque intellectus aliquam pateretur difficultatem quarto loco, & fortè necesse

lius, quod spectat ad rem praesentem, respondetur hunc textum intelligendum esse de mutuo vero habente propriam formam contractus mutui, concurrente depravata, ac perversa mutuantis voluntate, ut unusquisque cognoscere facile poterit, si verba textus diligenter legat, & illorum etiam, qui communem intellectum tuerentur, loquendi modum accuratè perpendat. (Naviganti, inquit Gregorius IX. vel eunti ad nundinas certam mutuantis pecuniae quantitate, &c.) verba sunt clara, apertèque mutuum demonstrant. Non procedit ergo in alio contractu, qui mutui speciem ac formam non praefertat, sed ad aliud genus contractus à mutuo diversum reduci possit, licet certum ac proprium illius nomen non habeamus. Sed contractus, de quo agitur, non est mutuum habita ratione illius formae, ut supra probatum est n. 41. neque contrahentes vitiatam habent intentionem, cum bona fide contractum licitum celebrare sibi persuadeant, ut pro certo supponimus. Ergo periculum in casu nostro exculare optime poterit ab usuraria pravitate.

59 Quare distinctio confirmatur etiam ex his, quae tradit Navar. *conf. 23. Respondimus, de usur. lib. 5.* nam in principio dicit non committere usuram illum, qui dat centum mercatori in Syriam ducere volentem navem mercibus onustam ea lege, ut perdat illa si navis pereat; si verò salva revertatur, reddatur sibi centum: & quia contrarium videtur tenere in suo *Manuali. c. 17. n. 284.* ut se existimat ab illa contradictione declarata, quae habetur in *Manuali*, procedere in mutuo; quae verò tradit in d. *conf.* locum habere in contractu innominato, per quem datur aliquid alteri ob periculum subeundum; neque valere argumentum à contractu mutui, qui debet esse gratuitus, ad alios contractus non gratuitos, quoniam autem differentiam considerare possumus inter unum contractum, de quo in *Manuali*, & alterum de quo in consil. nisi dicamus eam esse, ut contractus, de quo in *Manuali*, habeat veram mutui formam, & ibi de mutuo agitur ex mente contrahentium; alter verò careat forma mutui, & in eo mens contrahentium ad mutuum non referatur: quod clariùs apparebit si eundem Navarum adeamus in *conf. 29.* Excellentissime Domine, n. 4. vers. Tertiò quare, *ad tit. de usur.* ubi iustam dicit consuetudinem in Gallia Belgica receptam, ut quis det alteri centum cum pactione reddendi ducenta si post duos annos uxorem accipiens, visa Roma in patriam revertatur, vel tradat alicui uxorem quid cum pacto duplum restituendi si uxorem ducat, vel ad Presbyterij gradum ascendat; & iustitiam consuetudinis fundat in periculo, cui se exponit tradens pecuniam: quod quidem periculum, ut ait Navar. efficit ut liceat mutuae alicui ea lege, ut si moriatur intra sex annos, nihil mutuanti restituatur, si vivat sex annos, reddantur illa, & centum pro millario, quae profecto pugnare omnino videntur cum iis, quae in *Manuali* scripta reliquit d. c. 17. *num. 222.* Ibi enim qui mutat, inquit, cum pacto ut si mutuarius infra certum tempus moriatur, sit liber, si vivat, duplum reddat, usuram committit. Ut ergo vindicemus Navarum ab hac apparenti contradictione, dicamus in *Manuali* eum loqui de vero, & proprio mutuo, & mutui formam habente: in citato verò consil. de contractu à forma mutui longe diverso, de contractu scilicet inno-

minato donationis sub modo, vel donationis pecuniae ad aliquem usum sub periculo amittendi eam in aliquo casu dubio si perierit, & accipiente ali-quid ultra sortem si salva fuerit. Nemo autem videt contractum, de quo dubitamus, sub lato fundamento fructuum ex officio manantium induere formam, ac speciem contractus innominati, arg. l. 2. cum tribus *segg. ff. praescript. verbis*: Quare adhuc licitus, & iustus erit; nemo enim cogitur pecuniam suam alteri gratis concedere, sed potest petere, ac accipere honestum pretium eorum, quae dat, vel concedit per tales contractus innominatos legitimos non gratuitos, ut per Navar. in *pract. conf. 23. de usur.*

63 Secundum, ac ultimum principale fundamentum pro hac opinione, aliis praetermissis, esse videtur, quod est officialis, qui officium obligavit pro quantitate totius valoris, nullos amplius habeat fructus ex officio; tamen negari non potest quin habeat pensiones, ut ita loquar, & fructus, qui sibi debentur ab illis, in quorum favorem societates contraxit, cum illi accipientes pecuniam pro suis usibus, atque necessitatibus, ab officiali recognoscant bonam fidem, eumque in idem nem servare promittant obligando se ad restituendos omnes, & quoscumque fructus, quos idem officialis illorum causat tradenti pecuniam: perioveret: nihil autem in ipso quominus officialis contrahere possit societatem super huiusmodi fructibus, in quibus non minus iura habere intelligitur, quam in fructibus officii non obligat: neque enim assignari potest conclusio ratio diversitatis. Cum itaque fructibus officii non extantibus contractus possit nihilominus habere verum, ac solidum fundamentum à parte rei, non debemus illum tamquam usurarium, & illicitum condemnare, si nullus adit dolus, & omnis ablit fraudis respectu contrahentium, ut nos supponimus.

64 Qui contrariam sententiam tuerentur, praedicta fundamenta conantur evertere hac ratione, quia etsi contractus fieri possit cum officiali habente officium gravatum in vim pensionis, & totius pecuniae cum periculo, vel etiam in vim contractus societatis habita ratione fructuum, quibus sibi respondent personae recognoscentes bonam fidem; attamen in casu nostro cum in euntibus societatem eorum contractum hoc nomine societatis officii agant, nec cogitando quidem de huiusmodi modis contrahentium, qui possunt admitti gravato etiam officio: utique si non valet ut agitur, neque etiam valere debet ut valere possit, ad reg. l. 1. §. 81. *quis ita, & ibi Bart. n. 2. ff. de verb. obligat. & l. Non codicillum, ubi Alex. in princ. C. de testam.*

65 Pro solutione huius argumenti quod attinet ad nomen, quod contractui dederunt contrahentes, parum est laborandum, cum non à nomine, sed à pactis conventionibus, & circumstantiis, quas sortitus est, qualitatem sumat, & naturam, ut optime Conrad. *de Contract. q. 33. in 2. & 3. supposit.* ubi sexcentis exemplis, & auctoritatibus probat non valere hanc consequentiam; contractus talis vocatur à contrahentibus; ergo talis est iudicandus. Praeterquam quod huius contractui nostro etiam remoto officii fundamento convenit nomen societatis respectu fructuum, qui sibi ab illis debentur, quorum favore officium obligavit, ut supra tetigimus n. 63. & infra probabimus.

Quod verò dicitur contrahentes in cocunda soci-

